Perillustris ac Nobilissime Domine

Quia ob valetudinem minus commodam Hagam contendere non licuit, ope tabellarii usus sum, et quas ad me IUSTUS PUTEANUS Celeberrimi Parentis misit litteras, una cum documentis, quæ pro iure soceri loqui videntur, officiosa manu ad Te perferri curavi. Doleo sane me non posse huic negotio interesse, et debitam PUTEANO operam præstare. Ego enim non uno nomine tanto huic Viro devinctus sum; quippe qui iam abhinc decennio contubernio eius usus, litterarum ornamenta ab ipso percepi. Proinde quidquid eius caussa facere potero, totumque (quod aiunt) hominem lubens impendam. Tua autem Nobilissima Humanitas, quæ litteras ubique æstimat, hanc, earum caussa non sinet esse desertam. Vale Vir Nobilissime, me ama, et ab Ampliss.° BEVEROVICIO nostro plurimum salve.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

'S RYKS ARCHIEF.

Cultu et observantia Tuus

Ant. Oem

Dordr. XII. Kal. Jan.

CIↃ IↃCXXXVIII

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2013

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2013

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2013

Perillustri Nobilissimoque
Domino
D. CONSTANTINO HUGENIO,
Domino in Zulichum,
Serenissimo Principi Auriaco
a Consiliis et Secretis,
etc.
Hagam.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2013